

*proprio. Nota κατ' ἔγγραφον: Quæ quidem inhabitatio Deitatis in Christo adeò singularis est, ut toto genere distet ab alia quavis communis inhabitatione, qua Deus dicitur habitare in sanctis.*

*Athanasius. Athanaf. Orat. 4. contra Arrianos p. 244. Corporaliter habitat divinitas in carne, quæ verba idem valent, ac si dicas, cum Deus esset, proprium quoddam corpus caput, eorum, utens ut organo, homo factus est propter nos, ideo & ea opera, quæ sunt propria verbi, utpote mortuos excitare, cæcis visum restituere, hemoroisam sanare, omnino & corporis ministerio peragebantur, illa opera in carne fiebant, quia caro illa erat corpus Dei. Nisi enim opera Deitatis verbi per corpus patrata fuissent, nunquam homo Deificatus esset. Ecce habitaculum Deitatis est caro Christi, quam Deificat, & per quam efficax est in divinis operibus. Sic etiam*

*Cyrillus. Cyrillus lib. 10. thesauri c. 7. Paulatim natura nostra manifestabatur sic, ut instrumentum esset Deitatis, quæ habitavit in ipsa. Similiter Augustinus in Epist. 57. ad Dardan. col. 284. explicat, quomodo plenitudo Deitatis habet in Christo verè & realiter, non umbratiliter, & quidem tanquam in suo proprio templo. Non ideo, inquit, corporaliter, quia corporeus est Deus, sed aut verbis translati usus est, tanquam in templo manu facta non corporaliter, sed umbratiliter habitaverit, id est, præfigurantibus signis: nam illas omnes observationes umbras futurorum vocat, etiam ipso translate vocabulo: Summus enim Deus, sicut scriptum est, non in manu factis templis habitat: aut certè corporaliter dictum est, quia & in Christi corpore, quod assumpsit ex virginie, tanquam in templo habitat Deus.*

#### THESES XI.

3. *Ab Ἰωάννε σεως communione, quam ita communem habent naturæ unitæ, ut unum οὐφιστάμενον constituant, ideoq; caro divinæ naturæ particeps fiat. Damascenus in Orat. 1. de Imagin. hâc de re sic docet: Incarnati filij anima divina natura secundum Ἰωάννον νοιωθός ἐγένετο, particeps facta est. Item: Creator se dimisit, ut naturam meam cobonefaret, & divinæ naturæ nouawovōν faceret. Basilius de Incarnatione verbi, Humana Domini caro ipsa particeps facta est Deitatis ut supra quoq; notavimus. Notanter ait particeps Deitatis, non donorum creatorum, ut Zanchius lib. 2. de Incarnatione dictum illud Basilij pervertere conatur.*

#### THESES: